lens. quando pomi no. talis morsu in mortem
corruit. ipse lignum tunc notavit. dampna
ligni ut solveret. Crux fid. V. Hoc opus nos
tre salutis ordo depoposcerat. multiformis
proditoris ars ut artem falleret. et medelam
ferret inde hostis unde leserat. Dulce lignum.

V. Quando venit ergo sacri plenitudo temporis
missus est ab arce patris natus orbis conditor.
atque ventre virginali caro factus prodiit. Crux.

V. Vagit infans inter arta conditus presepia.
membra pannis involuta virgo mater alligat.
et pedes manusque crura stricta cingit fascia. Dulce.

V. Lustra sex qui iam peracta tempus implens cor
poris se volente natus ad hoc passioni deditus.
agnus in cruce levatur immolandus stipite. Crux.

V. Hic acceto fel harundo sputa clavi lancea
mite corpus perforatur sanguis unda profluit
terra pontus astra mundus quo lavantur
flumine. Dulce l. V. Gloria et honor deo us
que quo altissimo. una patri filioque inclito pa
raclyto. cui laus est et potestas per eterna secula. Crux.

ANT. Dum fabricator mundi mortis supplicium
pateretur in cruce clamans vo ce mag
na tradidit spi ritum et ecce velum tem
pli divisum est monumenta aperta sunt
terre motus e nim factus est magnus
quia mortem filii dei clamabat mundus se
sustinere non posse. aperto er go lancea mi
litis latere crucifixi domini exivit san guis
et aqua in redemptio nem salu tis

Post sa-
lutaci-
onem sce crucis. deportetur dnicum
corpus cum sacrario quod ponatur sup alta-
re. et dicat sacerdos submissa uoce.
Oremus. preceptis sal. m. Pater nr.
Sequitur. Libera nos qs dne. usque
Per omnia secula seculorum. Cum autem
dixerint amen. Sumat de pane
sco et mittat in calicem. nichil di-
cens. nisi secrete. In nomine patris
et filii et spiritus sancti. Sanctificatur enim
uinum non consecratum per panem
sanctificatum. et communicent omnes.
Post communionem. incipiatur cantor
uespera secrete. ab omnibus sine an-
tiphona in directum. Completis omnibus
exuat se sacerdos casula tantum
et uadat cum ministris thurificando
sumat crucifixum et ponat cum con-
uenientia in loco. secundum ordinem ecclesie.
Primo cantet. R. Sicut ouis ad occisionem.

Postea. Sepulto dno. cum collecta.
Respice dne sup hanc familiam
In sabbato sce pasche. benedictio
ignis. Septem psalmi cantabuntur
penitenciales. et interim tribus in-
cibus circuibit sacerdos cum reliquiis
et cereo et thuribulo. et uexillis ignem.
Finitis. vii. ps. dicet sacerdos has oro.
Deus qui filium tuum angularem
scilicet lapidem claritatis tue
fidelibus ignem contulisti pro-
ductum e silice nris profuturum usibus
nouum hunc ignem sanctifica. et con-
cede nobis ita per hec festa paschalia
celestibus desideriis inflammari [illegible]
ad perpetue claritatis puris mentibus
ualeamus festa pertingere. Per.
Domine deus pater omnipotens lumen in-
deficiens. qui es conditor omnium
luminum. benedic hoc lumen quod
a te sanctificatum atque benedictum est.
qui illuminasti omnem mundum
ut ab eo lumine accendamur. et illu-
minemur igne claritatis tue. et sicut
tuo igne illuminasti moysen. ita il-
lumines corda et sensus nostros. ut ad
uitam et lucem eternam peruenire mereamur. Per.
Domine sce pater omnipotens eterne
deus benedicentibus nobis hunc ignem
in nomine tuo et unigeniti filii tui

In die parasceue post depositionem [illegible] uadunt sacerdos [illegible]
[illegible] ubi positum est corpus [illegible] casula
[illegible] et [illegible] calice in altari [illegible]
corporale et [illegible] calice [illegible] corporali [illegible] lauat digitos
[illegible]
[illegible] et quiete [illegible] corporale illa [illegible]
[illegible] super calicem [illegible] placeat tibi sancta trinitas

[illegible] per [illegible] Christi sancti cooperi-
[illegible] nos contra [illegible]
[illegible] illustra gratia
[illegible] nos qui nunc et
[illegible] cum unigenito tuo
[illegible] per omnia secula seculorum. Amen.

[illegible] cereus et eodem igne
[illegible] et deportetur
in ecclesiam. et
cantetur hic versus.

[illegible] bone
[illegible] temporalia claudis
[illegible] lucem
[illegible] Christi [illegible] Inventor. Qui nunc
[illegible] lunarique polum lau-
[illegible] silices lumina nostra
[illegible] semine querere. Inventor.
[illegible] filii luminis in Christi
[illegible] condidit qui dici stabilem se
[illegible] nostri igniculis unde genus
[illegible] Inventor. [illegible] et quem splendor honor

Niels [illegible] Aegern-
[illegible] herads anno
1552

perpetuis secula seculis. Inventor rutili

Exultet iam | Benedictio cerei.

angelica turba celorum: exultent
divina misteria: et pro tanti regis victoria
tuba insonet salutaris. Gaudeat se [illegible]
tantis irradiata fulgoribus: et eterni
regis splendore illustrata: totius orbis se sen-
tiat amisisse caliginem. Letetur et ma-
ter ecclesia tanti luminis adornata fulgo-
ribus: et magnis populorum vocibus hec aula re-
sultet. Quapropter astantes vos fratres
carissimi ad tam miram sancti huius lumi-
nis claritatem: una mecum queso dei omni-

Finland
1552
No 22

potentis misericordiam invocare. ut qui me non
meis meritis intra levitarum numerum dignatus
est aggregare. luminis sui gratiam infundendo
cerei huius laudem implere precipiat. Per
dominum nostrum ihesum xpm filium suum.
qui cum eo vivit et regnat. Hic erit ta vocem
Per omnia secula seculorum. Amen. Do
minus vobiscum. Et cum spiritu tuo.
Sursum corda. Habemus ad dominum.
Gratias agamus domino deo nostro. Dignum
Vere quia dignum et iustum est. Pfacio
invisibilem deum omnipotentem patrem.
filiumque eius unigenitum dominum nostrum
ihesum xpm toto cordis ac mentis affectu et vo
cis ministerio personare. Qui pro nobis eterno

patri ade debitum solvit. et veteris piaculi
cautionem pio cruore detersit. Hec sunt enim
festa paschalia in quibus verus ille agnus occiditur
eiusque sanguine postes consecrantur. Hec nox
est in qua primum patres nostros filios is
rahel eduxisti de egypto. quos postea rubrum
mare sicco vestigio transire fecisti. Hec igitur
nox est que peccatorum tenebras columpne illu
minatione purgavit. Hec nox est que hodie
per universum mundum in xpo credentes
a vitiis seculi et caligine peccatorum segregatos
reddit gratie. sociat sanctitati. Hec nox est
in qua destructis vinculis mortis xps ab inferis
victor ascendit. Nichil enim nobis nasci pro
fuit. nisi redimi profuisset. O mira circa nos

Recis posses R[illegible]
haerede i Findlanne p [illegible]
15[illegible]

passim. R. Credis et in spm scm
scam ecclesiam catholicam scor̄ com
munionem remissionem peccor̄ car
nis resurrectionem et uitam eterna
post mortem. Tunc insufflet in fa
ciem eor̄ singulatim dicens. Exi
spc immunde et da locum spiritui sco.
Tunc imponat presbiter nomen
singulis. Facta cruce cū pollice in
frontib; singulor̄ dicendo. Accipe
signaculum dei omnipotentis patri
et filij. et spc sancti. Tunc dicat Or̄.
Omnipe sempiterne deus pater
dnī nr̄i ihu xpi. respicere digna
re sup hunc famulum tuum. N. et
famulam tuam. N. quem ad rudi
menta fidei uocare dignatus es. om
cecitatem cordis ab eo expelle. disrū
pe oms laqueos sathane quib; fuerat
colligatus. aperi ei dne ianuam pie
tatis tue ut signo sapientie tue imbut
omnium cupiditatum fetorib; ca
reat. et ad suauem odorem pceptor̄
tuor̄ leti tibi in ecclesia tua deseruiat.
et pficiat de die in diem. ut ydoneus
efficiatur accedere ad gratiam baptis
mi tui pcepta medicina. P eund d n.
Preces nr̄as qs dne clementer Oro.
exaudi et hunc electum tuum. N. cru
cis dominice. cuius impressione eum

signauimus [illegible] custodiat ut mag
nitudinis glorie rudimenta seruans
per custodiam mandator̄ tuor̄
regenerationis puenire glam mere[atur]
Deus qui humani generis ita es
conditor ut sis etiam reformator [pro]
piciare pplis adoptiuis. et nouo testa[mento]
sobolem noue prolis ascribe. ut fil[ii]
pmissionis qd non potuerit assequ[i]
p naturam. gaudeant se recepisse p[er]
Exorcizo te creatura Exorcism[us]
salis. in nomine dei patris om
potentis. et in caritate dni nr̄i ihu
et in uirtute spc sci. Exorcizo te p[er]
deum uiuum. per deum uerū qui
te ad tutelam humani generis pe[r]
uit. et pplo uenienti ad credulitatem
per seruos suos consecrari pcepit.
inde rogamus te dne ds noster: ut
creatura salis in nomine sce trini
tis efficiatur salutare sacramentū ad
fugandum inimicū. quam tu dne
scificando sanctifices. benedicendo bene
cas. ut fiat omnibus accipientib; pf[ecta]
medicina permanens in uisceribus eo[rum]
in nomine dni nr̄i ihu xpi. Qui u[enturus]
Post hanc orationem nominatis sin[gulis]
latum mittat [illegible] de ipso s[ale]
mora con[illegible] salem [illegible]
[illegible] uitam eternam. [illegible]

enedictio post datum salis. tam super
Deus patrum masculos quam super femi-
nostrorum. deus uniuerse conditor creature
supplices exoramus ut hos famulos
tuos. et famulas. N. respicere digneris
tuas. ut hoc primum pabulum gustan
n diutius esurire permittas. quoniam
us cibo expleantur celesti. quatinus sint
emper domine spiritu feruentes. spe gaudentes.
o semper nomini seruientes. perduc
s ad noue regenerationis lauacrum.
cum fidelibus tuis. promissionum tuarum
na premia consequi mereantur. Per.
c orationem dicat super masculos.
ciens crucem in frontibus eorum singulis.
Deus habraham. deus ysaac. deus iacob.
deus qui moysi famulo tuo in mon
synay apparuisti. et filios israhel de
ra egypti eduxisti. deputans eis an
lum pietatis tue qui custodiret eos
e ac nocte. te quesumus domine. ut mittere digne
s sanctum angelum tuum. ut similiter
stodiat et hos famulos tuos. N. et
ducat eos ad gratiam baptismi tui. Per. xpistum.
rgo maledicte. Exorzismus super cathecu-
abole recognosce sententiam tuam
da honorem deo uiuo et uero. da
norem ihesu xpo. et recede ab his
mulis et famulabus dei. N. quia
sibi deus et dominus noster ihesus xpc

am sanctam gratiam et benedictionem
fontiumque baptismatis dono uocare
dignatus est. per hoc signum sancte crucis
quod nos fronti eorum damus. tu ma
ledicte diabole numquam audeas
uiolare. Prestante domino nostro ihesu xpisto
qui uenturus es iudicare uiuos et
mortuos. et seculum per ignem. Item
super masculos faciens crucem dicens.
Deus inmortale presidium omnium
postulantium. liberatio supplicum
pax rogantium. uita credentium. resur
rectio mortuorum. te inuoco super hos fa
mulos tuos. N. qui baptismi tui do
num petentes eternam consequi gra
tiam spirituali regeneratione desiderant.
Accipe eos domine et quia dignatus es
dicere. petite et accipietis. querite et
inuenietis. pulsate et aperietur uobis.
Petentibus itaque premium porrige.
ianuam pande pulsantibus. ut eternam
lauachri celestis benedictionem con
secuti. promissa tui muneris regna
percipiant. Per. xpm. Adiuratio super m
Audi ergo maledicte diabole ad
iuratus per nomen domini eterni dei
et saluatoris nostri ihesu xpi filii eius
cum tua uictus inuidia tremens
gemensque discede. nichil tibi sit co
tus dei. N. iam celestia

Subueniat d(omi)ne q(uesumu)s tue benedictionis gratia huic ouorum creature de qua pullos gallinarum dignatus es procreare. ut cibus salutaris fiat tuis fidelibus in tuarum gratiarum actione sumentibus. P(er). Item bn(e)d(ictio).

Deus qui per resurrectionem filii tui paschalia nobis gaudia contulisti. auge et s(an)c(t)ifica collata nobis hec dona tue largitatis mentesque n(ost)ras pariter spiritalibus reple deliciis. P(er). Bened(ictio) lardi.

Creator et conseruator humani generis. largitor gratie spiritualis. dator eterne salutis. tu d(omi)ne emitte sp(iritu)m s(an)c(tu)m tuum in hanc creaturam. ut armata uirtute celestis benedictionis qui ex eis gustauerint. proficiat illis ad eternam salutem. P(er). Bn(e)d(ictio) ad omnia.

Introduxit uos dominus in terram fluentem lac et mel. alleluia. et ut lex domini semper sit in ore uestro. alleluia alleluia. Ps. Confitemini domino et inuocate nomen eius. annuntiate inter gentes opera eius. euouae.

Deus. coll(ecta). Deus qui sollempnitate paschali mundo remedia contulisti. populum tuum q(uesumu)s celesti dono prosequere. ut et perfectam libertatem consequi mereatur et ad uitam proficiat sempiternam. P(er). Lect(io) actuum ap(ostol)orum.

In diebus illis. Stans petrus in medio plebis dixit. Uiri fratres. uos scitis quod factum est uerbum per uniuersam iudeam. incipiens enim a galilea post baptismum quod predicauit iohannes ihesum a nazareth. quomodo unxit eum deus spiritu sancto et uirtute. qui pertransiuit benefaciendo et sanando omnes oppressos a diabolo. quoniam deus erat cum illo. Et nos sumus testes omnium que fecit in regione iudeorum et iherusalem. quem occiderunt suspendentes in ligno. Hunc deus suscitauit tercia die. et dedit eum manifestum fieri non omni populo. sed testibus preordinatis a deo. nobis qui manducauimus et bibimus cum illo. postquam resurrexit a mortuis. Et precepit nobis predicare populo et testificari. quia ipse est qui constitutus est a deo iudex uiuorum et mortuorum. Huic omnes prophete testimonium perhibent. remissionem peccatorum accipere per nomen eius. omnes qui credunt in eum. G(radale). Hec dies q(ua)...

Dicat nunc israhel quoniam bonus. quoniam in se...

[I]n ill'. Duo. s. luca.



ex discipulis ihu ibant
in castellum quod erat in spacio stadiorum
sexaginta ab ierlm. nomine emmaus.
Et ipsi loquebantur ad inuicem de his
omnibus que acciderant. Et factum
est dum fabularentur in uia et secum
quererent et ipse ihc appropinquans
ibat cum illis. Oculi autem eorum tenebantur
ne eum agnoscerent. Et ait ad illos.
Qui sunt hii sermones quos confertis
ad inuicem ambulantes et estis tristes.
Et respondens unus cui nomen cleo
phas dixit ei. Tu solus peregrinus
es in ierlm et non cognouisti que fac
ta sunt in illa his diebus. Quibus ille dixit.
Que. Et dixerunt. De ihu nazareno
qui fuit uir propheta potens in opere et ser
mone coram deo et omni populo. Et
quomodo tradiderunt eum summi sa
cerdotes et principes nostri in dampna
tionem mortis et crucifixerunt eum.
Nos autem sperabamus quia ipse esset
redempturus isrl. Et nunc super hec
omnia tercia dies est hodie quod hec
facta sunt. Sed et mulieres quedam
ex nostris terruerunt nos que ante lu
cem fuerunt ad monumentum. Et non
inuento corpore eius uenerunt dicen
tes se etiam uisionem angelorum uidisse
qui dicunt eum uiuere. Et abierunt
quidam ex nostris ad monumentum
et ita inuenerunt sicut mulieres dix
erunt. Ipsum uero non inuenerunt.
Et ipse dixit ad illos. O stulti et tar
di corde ad credendum in omnibus que
locuti sunt prophe. Nonne hec oportu
it pati xpm et ita intrare in gloriam
suam. Et incipiens a moyse et omnibus
prophis interpretabatur illis in omnibus
scripturis que de ipso erant. Et appro
pinquantes castello quo ibant et ipse
se finxit longius ire. Et coegerunt il
lum dicentes. Mane nobiscum quoniam
ad uesperascit et inclinata est iam dies.
Et intrauit cum illis. Et factum est
dum recumberet cum illis accepit
panem et benedixit ac fregit et porri
gebat illis. Et aperti sunt oculi eorum
et cognouerunt eum. et ipse euanuit